

nem desiderant, & in Medico prudenti requirunt; nefas tamen puto, clarius ejus preparandi modum manifestare, cum hoc, præclari Theodori Zwingeri iudicio, medicamentum tale sit, quod Medici manu parari debeat; ipso alioqui usu vilescit, & abusu pharmacopæorum impertinè adhibitum suspectum redditur.

ALUD.

Recip. Opii electi unc. duas. Has scinde in parvas subtilesq; portiunculas; easq; sicca in Sole, aut simili calore, donec reddantur friabiles. Hinc pone eas in matracium: & superfunde tantum aceti vini, ter aut quater destillati, quantum ejus ad quatuor digitorum eminentiam necessarium. Relinq; ita in infusione; usq; dum acetum valde tinctum sit: quod postea decantata: & aliud toties superaffunde; donec non amplius coloretur: & tunc acetum tinctum filtra, destillaq; in balneo; donec tinctura remaneat in fundo, mellis instar. Interim, eodem modo, tinctura ex uncia una croci eliciatur, per aquam vitæ communem: opiiq; extracto superaffundatur: post per balneum extilletur, donec utraq; tinctura simul juncta, ad mellis formam, in imo subsidat. His adde magisterii perlarum, coraliorum, ana drach. duas: sulphuris narcotici vitrioli, (quod cap. vigesimo descriptum est) unciam semis.

Uusus.